Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar





et tempora transferet et regna atq; con
firmat. Dat sapiam sapientibus
et scam intelligentib: disciplinam.
Ipse revelat profunda et abscondita.
et novit in tenebris constituta. et
lux cum eo est. Tibi ds prum meo
et confiteor tibi laudo quia sapiam
et fortitudinem dedisti mihi. Et nu
nc ostendisti mihi quae rogavimus te.
quia sermonem regis aperuisti nobis.
Postea hec daniel ingressus ferta.nn
ad arioth quae constituerat
rex ut perderet sapientes babilonis.
sic et locutus est. Sapientes baby
lonis ne perdas. Introduc me in conspe
ctum regis et solutionem regi enar
rabo. Tunc arioth festinus introdux
danielem ad regem et dixit. Inven
hominem de filiis transmigrationis iu
dae qui solutionem regi annunciet.
Respondit rex et dixit daniel. cuius
nomen erat balthasar. Dic mihi ne
ver potes indicare mi somnium quod
vidi et interpretationem eius. Et respo
dens daniel coram rege ait. Mysti
um quod rex interrogat sapientes
magi et aruspices non quo
ant indicare regi. sed est ds in celo
revelans mysteria. qui indicavit
tibi rex nabuchodonosor quae ventura
sunt novissimis temporib: T. Som
nium tuum et visiones capitis tui in cu
bili tuo hiusmodi sunt. Tu rex
cogitare coepisti in stratu tuo quod esset
ventur: postea. Et qui revelat
mysteria ostendit tibi ventura sun
Mihi quoque non in sapia quae est
in me plus quam in ceteris viventib:
sacrificium hoc revelatum est. sed
ut interpretatio rei manifesta fieret
et cogitationes mentis tue scires.

Tu rex videbas. et ecce qui statua
una grandis. Statua illa magna
et statura sublimis stabat contra
te et visus eius erat terribilis.
Hujus statue caput ex auro op
timo erat pectus autem et brachia
de argento. venter vero et femora
ex ere. tibie autem ferree. Pedum
quidam ps erant ferrea. quidam fictilis.
Videbas ita donec abscisus e lapis
sine manib: et percussit statuam in
pedibus eius ferreis et fictilibus et
comminuit eos. Tunc contrita sunt
pariter ferrum testa. es. argentum et
aurum. et redacta qui in favillam e
stive aere rapta sunt in vento. Nul
lus que locus inventus est in eis. La
pis autem qui percusserat statuam
factus est mons magnus et replevit
universam terram. Tu. ferta gita.
Hoc est somnium interpretatio
quoque eius dicemus coram te
rex. Tu rex regum es. Et ds celi re
gnum et fortitudinem et imperium et
gloriam dedit tibi et omnia in quib:
habitant filii hominum et bestie agri.
volucres que celi dedit in manu tua
et subiecit. Tu es ergo ca
put aureum et postea consurget re
gnum aliud minus te. Et regnum
tertium aliud ereum quod imperabit
universe terre. Et regnum quartum erit
velut ferrum. quomodo ferrum con
minuit et domat omnia. sic con
minuet hec omnia et conteret. T.
Porro quia vidisti pedum et
digitos partem testae figuli et parte
ferream regnum divisum erit quod
tamen de plantario ferri orietur.
Sed in quod vidisti ferrum mixtum testae
ex luto et digitos pedum ex parte